



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

112. Qui omisit aliqua peccata in confessione ex ignorantia vincibili
oblitus, in qua oblivione peccavit lethaliter, nimirum, quia non adhibuit
diligentiam necessarium in examinanda conscientia, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

eo tempore in dolore, & detestatione vita prærita, latus proponitur observantia mandatorum pro eo brevi tempore. Ita Suarez.

2. Sed adversus illum infurgit Tannerus tom. 4. disput. 4. quest. 6. num. 16. quia inquit, non video, quomodo hoc probetur, cum semper quandiu homo vivit, peccare possit, ipsum etiam propositum tale pertineat aliquo modo ad resarcendam injuriam.

3. Verum sententiam Suarez sequitur Fagundez in precept. 2. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 13. ubi sic afferit. In nonnullis casibus per accidens sufficit propositum virtuale inclusum in ipsa detestatione peccatorum, ut verbi gratia, in articulo mortis, quando quis omnino est in extremo vite articulo, vel quando de ejus vita desperatur, vel est condemnatus ad mortem: nec enim videtur necessarium habere hujusmodi formale propositum cavendi de cetero peccata in futurum. Sufficit enim in hoc casu propositum virtuale inclusum in perfecta detestatione peccatorum. Ita Fagundez.

4. Sed inclusum dicendum putat Joannes Wiggers de Sacrament. in supplement. ad 3. part. quest. 1. art. 1. num. 7. quod in illo articulo, si cogitatio de vita instituenda in futurum non occurrat, possit sufficere sepius virtuale propositum: quod in seria peccatorum commissorum detestatione includitur: quia animus non tam versatur in cogitationibus de modo vivendi de cetero, quia de vita quasi desperat: & sic per inadvertiam excusat a proposito explicito formando. Hec VVigters.

Quæ his est. Sed circa presentem questionem ne deseras Reſ. anteceſt. Ref. 1. pot. videlicet. Ref. 1. pot. p̄t. p̄t. t̄m. 119.

5. Nec deseram hic adducere opinionem Patris Lugo de Sacrament. p̄tient. disput. 14. sect. 5. ubi postquam adduxit diversas sententias circa praetentem questionem sic ait. Ego distinguendum existimo: aliquando enim dolor est talis, in quo virtualiter includit propositum requisitum, & tunc non exigitur ad valorem Sacramenti aliud propositum formale: aliquando vero dolor non includit tale propositum, & requiritur propositum universale prater dolorem. Potest enim dolor esse non ex motivo universalis, sed speciali, propter quod penitentis dolet de peccatis illis, que confitetur: & quidem hic dolor nec virtualiter continet propositum universalis non peccandi de cetero, sed ad summum continet propositum non committendi illa peccata, de quibus homo dolet; Alius vero est dolor de peccatis ex motivo aliquo universalis comprehendente omnia peccata mortalia, ut si doleat homo propter offendam gravem Dei, propter irreverentiam Dei, propter peccata inferni, & carens beatitudinis, quæ corespondet omni peccato mortal: & quidem hic dolor virtualiter sicutem continet propositum non peccandi mortaliter de cetero. Quando ergo dolor est prioris generis, requiritur propositum universale, cum in ipso actu doloris non continetur: quando vero dolor est posterioris generis, ipse dolor sufficit ad valorem Sacramenti, cum in se contineat virtualiter tale propositum universale. Impossible enim est, quod aliquis doleat efficaciter de furto, verbi gratia, precise, quia est offensa gravis Dei, & quod simul velit offendere Deum graviter alio peccato diverso, quia per priorem actum odit offendam gravem Dei super omnia: per posteriori vero vult offendam gravem Dei ad vitandam jastram alterius boni inferioris: quæ est contradictione: ergo ille prior actus impli- citè extenditur ad vitanda omnia peccata mortalia, quæ sunt graves offendæ Dei. Huc usque Pater Lu-

go. Consulendi tamen sunt Penitentes etiam in articulo mortis, ut expressum, & formale propositum habeant de cetero non peccandi.

RESOL. CXII.

Cum quis omisit aliqua peccata in confessione ex ignorantia invincibili oblitio, in qua oblivione peccavit lethaliiter, nimis, quia non adhibuit diligentiam necessariam in examinanda conscientia, queritur, an talis confessio fuerit invalida, & ideo iteranda? Ex resolutione hujus questionis pendet ex illa, an detur confessio valida quantum ad substantiam, ita ut non teneatur homo confiteri eadem peccata, arque adeo sit verum Sacramentum confessionis, & nihilominus, quod si confessio informis, id est non conferens gratiam, sicut est verus Baptismus informis in illo, qui baptizatur cum intentione peccandi? Et in §. ultimo hujus resolutionis datur Regula ad cognoscendum, quando preparatio ad confessionem fuerit sufficiens ad validitatem confessionis. Ex part. 2. tr. 17. & Milc. 3. Rcl. 31.

§. 1. **R** Esolutio hujus casus pendet ex illa questione, an detur confessio valida quantum ad substantiam, ita ut teneatur homo confiteri eadem peccata, atque adeo sit verum Sacramentum confessionis, & nihilominus, quod si confessio informis, id est, non conferens gratiam, sicut est verus Baptismus informis in illo, qui baptizatur, cum intentione peccandi? Partem negativam tuentur Valquez in 3. part. tom. 4. q. 92. art. 2. & 3. Cominch de Sacr. disp. 4. dub. 5. n. 40. & dub. 11. n. 71. & Suarez in 3. part. tom. 4. cum alis. Ratio est, quia in tali casu, vel penitentis confiterit sua peccata sufficienter, & est sufficienter dispositus, vel non. Si dicatur primum, confessio est formata; si vero dicatur secundum, nulla est confessio: ne ipsa dispositio est in hac parte pars substantialis Sacramenti. Ergo non potest dari confessio informis. Si respondeas quod talis penitentis non est sufficienter dispositus, non tamen cognoscit illam suam dispositionem; contra hanc responsionem sit secundum argumentum. Vel talis ignorantia est invincibilis, vel invincibilis; si est invincibilis, excusat omnino à peccato, & si talis confessio erit formata, est invincibilis talis ignorantia, est peccatum mortale. Ergo non potest efficere, ut Sacramentum sit validum. Hac sententia est probabilis.

2. Sed contraria, communiter recepta in schola D. Thomæ, probabilis etiam mihi videtur, quam, relictis veteribus, lequuntur Sotius in 4. diff. 18. quest. 3. art. 2. & 3. Canus in relect. de p̄t. p. 5. Calet. in 1. tom. op̄c. tract. 5. quest. 5. & novissime Joan. de la Cruz in direct. conf. p. 2. de Sacram. penit. q. 3. dub. 9. concl. 2. Pet. Fay in add. ad 3. part. q. 9. art. 1. diff. 1. Simplicianus Mutinus in sua Theologia moralis de Sacr. penit. q. 30. Nugn. in 3. part. tom. 2. q. 9. art. 1. fol. mibi 303. & Pet. de Ledesma in summ. tom. 1. tract. de Sacram. penit. c. 13. concl. 6. fol. mibi 310. Martinus de Ledesma 2. p. 4. qu. 8. art. 1. dub. 3. Covat. in cap. Alma mater. part. 1. §. 4. n. 13. & alij. Probatur, quia sicut Baptismus, & alia Sacra menta vere accipi possunt integra secundum essentiam, ab sive fructu gratia propter pravam dispositionem sufficiunt. Ergo ita & Sacramentum penitentie.

3. Ad argumenta in contrarium, & præcipue ad secundum, ex quo pendet solutio primi, respondeatur ignorantiæ non posse esse rationem formalem, ut conficiatur Sacramentum, posse tamen esse conditionem requisitam. Ex hoc non habet in quantum ipsa ignorantia est peccatum, sed in quantum tollit

De Sacram. Poenit. Resol. CXIII.&c. 167

tollit peccatum majus , scilicet peccatum ex certa scientia , quod non solum opponitur gratia , sed etiam substantia hujus Sacramenti . His ita prælibatis , respondeo ad propositum dubitationem negativam ex defectu integritatis contra Vasq. & Suarez ubi sup*ri* potest dari Sacramentum informe , sed validum , sic Ngnus . & Ledesma loc . cit . Et casus erit , quando penitentibus habent sufficientem dolorem , & constitutis omnia peccata , quæ occurunt mortaliæ , ad quod fecit aliquam diligenter , sed non ita , ut tota quanta necessaria erat , sed penitens ex illa ignorantiæ mortaliter culpabilis , judicavit talem diligenter sufficientem esse . Licet igitur hæ confessio sit sacrilega , quia scilicet in illa peccatum penitentis mortaliter , tamen valida est , quantum ad substantiam , ita ut non sit iteranda , & non tenetur penitens eadem peccata iterum confiteri .

4. Ex haec doctrina recepta, ut dixi, communiter à Thomistis, posunt Confessarij non raro excusare penitentes ab onere reiterandi confessiones. Regula verò ad cognoscendum, quando præparatio fuerit sufficiens ad validitatem confessionis iterandæ, vel non iterandæ, hac est. Si post confessionem plura peccata occurrant memorie, quam in confessione explicata sint, non fuit diligentia sufficiens. Si autem occurrant aliqua peccata multo pauciora, quam confessa, credendum est, quod fuit diligentia sufficiens, & à fortiori fuit sufficiens, ut confessio estet validi, unde in similibus casibus non est homo obligatus ad iterandam confessionem; sed debet se acculare de illis peccatis non confessis, & de negligentiâ faltem ad cautelam. Hac Nugus ubi supra, quæ Confessarij ad tollendos scrupulos multum plausibilia futura esse confidit; & et sententia communis Patrum Dominicanorum.

RESOL. CXIII.

An detur confessio valida, sed informis non solum respectu examinis, sed etiam respectu doloris? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 65.

N^o 1. Negatивам sententiam docet novissimum
doctus Turrian. de Sacram. p^on. disp. 28.
dub. 1. Layman in Tocul. mor. lib. 5. tr. 6. c. 9. n. 2.
& alijs, quos adduxi in ref. 31. tr. miscellam.
2. Sed affirmativam sententiam (ut ibi à Innotavi)
docet communiter schola D. Thomas, & prater de-
cem Doctores ibi citatos, tenet etiam hanc opinio-
nem ex Theologis Societatis I^esu Pater Henr. in
sum. lib. 5. c. 11. n. 1. ubi sic afferit. Integra per se &
ex intentione dicitur illa confessio, (& conjuncta
absolutioni non est iteranda) quando refutata ve-
rum Sacramentum informe (semper quod ob ali-
quod impedimentum frustratur fructu gratia) ut
si ex ignorantia accepit bona fides. Quidam tamen
falso negant dati Sacramentum P^onitentiae infor-
matione. Eff. ergo verium Sacramentum, primò quando
penitentis integrè confiterit cum aliquo formalis
dolor, & proposito excludente voluntatem peccati-
andi, & tamen non habet dispositionem prima-
te gratiae a Christo institutam. Nec impeditur veritas
Sacramenti, si insufficiens sit dolor, ex mortali ne-
gligentia; aut ignorantia quadam culpabilis; nam
concurrente omnia ad veritatem Sacramenti requiri-
tur. Secundò, si quis ex negligentia, & ignorantia
seu publici oblitus est quorundam mortalium, ut si
multus peccatis, & variis negotiis irreitus; con-
scientie sit latrubes accurate non perquisivit, &
in animo habuit facere integrum confessio-

nem. Hac omnia Henriquez. Unde minimè dubitandum est hanc sententiam probabilissimam esse in praxi, & ideo possunt Confessarij excusare penitentes à reiteratione confessionis, quando fuerit informis ex defectu doloris, vel examinis. O quam suave, & leye est jugum Domini!

RESOL. CXIV.

An confessio facta ex fine veniali sit valida? Ex
p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 212.

S. I. **H**ic casus potest in praxi sibi accidere,
et affirmativam sententiam docet Syl-
vest. ver. Confessio 1. i. 9. 7. assertens, Sacramentum pce-
nitentie quando suscipitur principaliter ex quo-
unque alio fine, quam remissione peccatorum, esse
invalidum; quia haec sola est principalis effectus
Sacramenti; ergo ea sola est principaliter inten-
denda.

2. Sed si haec opinio esset vera, plures confessiones essent iteranda; & ideo contrariam sententiam tenendam esse puto cum Soto in 4. dist. 1. 8. q. 3. art. 3. Valsq. in 3. p. tom. 4. q. 9. 2. art. 3. dub. 2. & aliis. Dico igitur Sacramentum Penitentia non fieri invalidum quocumque fine suscipiatur, dum in eo non peccator mortaliter, quamvis ex eo principaliter, & tamquam ex motivo suscipiat, dum etiam suscipiat ex fine remissionis peccatorum, quamvis minus principaliter, & tantum impulsivè. Ratio est, quia ex eo, quod hoc modo suscipitur, non deficit intentio suscipiendo Sacramentum. Ergo non ex eo fit invalidum, quia valor Sacramenti tantum pendet ex dicta intentione, & ex partibus essentialibus illius. Sed haec omnia adsum in casu nostro. Ergo, &c;

RESOL. CXV.

*An mendacium de peccato veniali, quod est totalis
materia confessionis, sit peccatum mortale?
Et quid, si tantum sit materia partialis? Ex part. 3.
tr. 4. Ref. 95. alias 76.*

Affirmative respondent communiter DD. sūp. doctrina contenta in hac Ref. legge Resol.
Navarrus in cap. fratres, de paenit. dist. 5. na. n. 18. Layman in Theol. mor. lib. 4. tr. 6. cap. 8. n. 15. Coninch de Sacram. dist. 6. dub. 3. n. 8. Fagundez precept. 2. lib. 3. cap. 1. n. 10. Angelus verb. confessio, seq & signā ter in fine, & in tom. 7. n. 57. Armilla eodem verb. § 6. Filiucius tom. 1. tr. 7. & in tom. 7. n. 4. n. 112. Megala in 1. p. lib. 5. c. 8. n. 7. Villalobos in tr. 1. ex Ref. sum. tom. 1. tr. 9. dub. 4. n. 4. Sotus in 4. dist. 1. 8. q. 2. art. 4. Suarez tom. 4. dist. 22. sett. 10. n. 6. & alij com- 302. Vide doctrinam §. muniter. Et ratio est, ut Suarez; quia p̄cūtēns in Notandum est & seqq. tali casu mentiendo efficit sacramentum nullum, quia nulla materia apponitur formæ.

2. Sed Philippus Faber publicius Theologus Professor in Academia Patavina nōvissime in tr. de pœnit. in 4. sent. dist. 1. 7. quest. unica, disp. 14. cap. 3. n. 51. docet mendacium veniale, etiam quando est tota materia confessionis, esse tantum peccatum veniale. Ad rationem verò, quod forma redditur falsa, & nullum Sacramentum, respondet idem evanire cum materia est partialis; nam etiam quis partialiter mentiens, facit ut ex illa parte forma sit falsa, & sit sacrificium: sicut qui proferret formam consecrationis simul super panem triticum, & hordeum, non minus peccaret, quam si supra hordeum tantum. Nec valet responsio Suarez, quod non est par ratiq de Eucharistia, & de forma confessionis.